INDEX
PRAELECTIONVM

PVBLICE PRIVATIMQVE

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PER SEMESTRE AESTIVVM

INDE

A FERIIS PASCHALIBVS

ANNI CIƆIƆCCLXXXX

HABENDARVM.

ROSTOCHII,

LITTERIS ADLERIANIS.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

PROFESSORES PVBLICI.

ORDO THEOLOGORVM.

IOHANNES CASPARVS VELTHVSEN, *AA. M. Theol. D. et P. P. O. a conſiliis clement. Principis regn. in reb. ad cur. eccleſiar. generalem ſpectantibus*, horis *privatis*, *Theologiam biblicam univerſam*, quae et *Dogmaticam* cum *Demonſtratione evangelicae veritatis* et *Moralem* complectitur, nunc quidem *exegetice* ad ductum Enchiridii ſui (*Bibl. Handb. für ſelbſtprüf. Leſer*) explicabit, h. IX—X; (ſervans in aliud tempus tum *popularem* illam ac faciliorem, tum *ſubtiliorem* difficilioremque ejusdem pertractandae rationem;) *Pſalmos* h. X—XI. interpretabitur; h. XI—XII. dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. *Homilias ſcribendi et ex cathedra dicendi* artem ipſo uſu ac ſevera cenſura docebit; dieb. autem Merc. et Sat. hora eadem XI—XII. *publice* in moderandis *Exercitationibus catecheticis* more conſueto perget, adhibito *Catechismo* ſuo *majori*.

IOACHIM HARTMANN, *Conſiſt. Duc. Conſil. Ph. et SS. Th. D. hujusque P. P. O. Academiae et Facult. Theol. Senior, hujusque Decanus, Iudicii Matrimonialis Civ. Roſt. Aſſeſſor, atque ad aedem div. Nicolai Paſtor, Societatis Scient. quae Francofurti ad Viadrum floret, Sodalis*, per inſtans ſemeſtre aeſtivum praelecturus eſt

1. Collegium *Biblicum* in *omnes Libros hiſtoricos V. T.* ſecundum *meditata propria*, hiſtorice, critice et exegetice adornata, cum auditoribus ſuis communicanda, Hora X—XI.

2. Collegium *Harmonicum in IV Evangeliſtas* ſecundum Harmoniam, quam in *Syſt. Chronologiae Biblicae* propoſuit, cui *per modum adpendicis* additurus eſt *Chronologiam Actorum Apoſtolorum*, et *Chronotaxin Epiſtolarum Pauli Apoſtoli*. Hora XI—XII.

3. Collegium *Dogmaticae Theologiae* ſecundum IO. FRID. BVRGII *Inſtitutiones Theologiae Theticae*, Hora III—IV. poſt meridiem.

4 Collegium *Diſputatorium* ſuper *Theſes Theologicas* auditoribus diſputaturis ſcriptas tradendas, quovis *die Mercurii*, in *auditorio majori* publico, examini ſubjiciendas, Hora *poſt meridiem* IV—V.

5. Collegium *Exegetico-Homiletico-Practicum*, in quo leges *Exegeticas* et *Homileticas* breviſſime explicatas, mox in praxin deducendas, tradet, et ad orationes, pro ſuggeſtu habendas, occaſionem ſuppeditabit. Hora V—VI. *veſpertina*.

IOA-

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

IOACHIMVS HENRICVS PRIES, *Theol. Prof. et ad aedem Sp. S. Paſtor*, *publice* praelectiones in *Erneſti inſtitutionem interpretis N. T.* continuabit. *Privatim* hora VII—VIII. matutina *hiſtoriam religionis et eccleſiae Chriſtianae* ſecundum Compendium SCHROECKIANVM quoad eius partem priorem enarrabit, hora X—XI. partem poſteriorem *Theologiae Dogmaticae* tradet, atque hora III—IV. pomeridiana *Epiſtolam ad Ebraeos* interpretabitur. *Exercitia diſputatoria* die Saturni hora XI—XII. inſtituet.

CHR. DAV. ANT. MARTINI, *Theol. P. P. O. et Conſiſtorii ducalis Aſſeſſor*, *publice* hora e tabula publica indicanda FLAV. IOSEPHI librum de vita ſua ab HENKIO V. C. editum, (Brunſuici 1786.) explicabit. *Privatim* vero hora VII. *theologiam dogmaticam* praeeunte Vener. MORO tradet et abſolvet; hora VIII. *Epiſtolas Pauli ad Theſſalonicenſes, ad Timoth. ad Tit.* cet. interpretabitur; hora denique XI. *ſectiones* iſtas *Evangeliorum*, quae in *inſtitutione populari* adhiberi ſolent, ita tractabit, ut expeditis iis, quae in verbis morari poſſunt in res ipſas accuratius inquirat, et quomodo hinc materia pro concione dicendi petenda ſit, exemplis propoſitis declaret.

ORDO IVRISCONSVLTORVM.

IO. MATTH. MARTINI, *Iurium P. P. O. et S. D. R. a Conſiliis Iuſtitiae*, in ſemeſtri aeſtivo

1) publice *hiſtoriam iuris romani* docebit;
2) privatim exponet *Pandectas* duce HELLFELDIO; nec non
3) *Ius feudale* tum *Longobardicum* tum *Mecklenburgicum* praeeunte PÜTTMANNO; denique
4) *Ius Mecklenburgicum civile* explicabit.

D. WALTER VINCENT WIESE, *Iur. Prof.*, per inſtans ſemeſtre aeſtivum explicabit *Pandectas* juris civilis praeeunte HELLFELDIO. Deinde adornabit *examinatorium inſtitutionale* ad ductum HOEPFNERI elementa HEINECCIANA emendantis. Inſimul praeleget *Ius canonicum* ad filum compendii BOEHMERI. Continuabit caeteroquin *exercitia* tam *diſputatoria*, quam *practica elaboratoria*. De tempore his laboribus congruo cum commilitonibus communicabit, idque cum initio praelectionum in valvis notum faciet publicis.

IO. CHRIST. ESCHENBACH, hora matutina VIII—IX WALDECKII *inſtitutiones Heineccianas* interpretabitur, et hora XI—XII. *Ius criminale* explicabit, hac vice compendio GE. IAC. FRID. MEISTERI, filii, uſurus. Nec illorum deſideriis deerit, qui in iis, quas hucusque docuit, iurisprudentiae partibus auxilium ſuum poſcent, quamvis binas diei horas lectionibus privatiſſimis iamiam deſtinaverit.

D. ADOLPHVS FELIX HENRICVS POSSE, P. P. O. Die Mercurii hor. IV. *publicas juris publici eccleſiaſtici* lectiones tam Iurisprudentiae quam Theologiae dicatis offert; privatim vero horis ſuo tempore indicandis 1) *Ius publicum perill.* PÜTTERO; 2) *Ius canonicum perill.* BOEHMERO duce explicabit; 3) *Ius feudale tam commune quam patrium* praeeunte BOEHMERO exponet.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 3 of 8

ORDO MEDICORVM.

PETRVS LVDOLPHVS SPANGENBERG, *Ser. Ducis Regn. Conſiliarius intimus Cancellariae, Archiater atque* P. P. O., per inſtan. ſemeſtre aeſtivum illam *Therapiae ſpecialis* partem, quae *morbos* comprehendit *chronicos* tradet.

D. SAMVEL GOTTLIEB VOGEL, *Med.* P. P. O., *Materiam medicam* ad ductum libri: CONR. MOENCH *Syſtemat. Lehre von den einfachen und gebräuchlichſten zuſammengeſetzten Arzneymitteln*, Marburg 1789, *Encyclopaediam medicam* et *Therapiae ſpecialis* primam partem, quae febres complectitur, ad filum STOLLII Aphor. de cognoſc. et curand. febribus, horis in tabulis publicis poſtmodum indicandis, docendas offert.

AVGVSTVS AENOTHEVS WEBER, *Med. Prof. P. Ord. Civitatis Roſtochienſis Phyſicus*, ut maxime opportunum viſum fuerit, de qua nunc agitur, cauſſae tironum, ita paratiſſimum profitetur animum ad tradenda vel *Phyſiologiae corporis humani*, vel *Pathologiae medicinalis* praecepta. Nec deerit iis commilitonibus, quorum intereſt, viam ac ſanam rationem *educationis infantum phyſicae* tenere.

D. GVIL. IOSEPHI, *P. P.*, *publice* hora commoda *hiſtoriam magnetiſmi animalis* enarrabit. *Privatim* hora IX—X. *Hiſtoriam naturalem hominis* ad ductum compendii proprii (*Grundriß der Naturgeſchichte des Menſchen*) tradet; hora VII—VIII. matutina *Oſteologiam* exponet; hora XI—XII. *Pathologiam tam generalem quam ſpecialem* ex GAVBIO explicabit; hora V—VI. veſpertina *Chirurgiam medicam* docebit; hora III—IV. pomer. *Artem obſtetriciam* ROEDERERO duce ita tradet, ut encheireſes in machina artificiali, Gallis FANTÔME dicta, monſtret.

ORDO PHILOSOPHORVM.

HENRICVS VALENTINVS BECKER, *Phil. D et Prof. Ord. et ad aed Iacob. Paſt.*, hora IX ad X principia *Iuris Naturae* ad ductum compendii cel. HOPFNERI explicabit; hora XI ad XII praecepta *Logices* ſecundum ordinem ill. FEDERI in libro ſuo latine ſcripto tradet, et hora II ad III praelectiones *Phyſicas theoretico experimentales* praeeunte doct. NICOLAI in compendio noviſſime edito habebit.

OLAVS GERHARDVS TYCHSEN, *Ser. Duci Regn. a conſiliis aulae, LL. OO. Prof. P. O. et bibliothecae praefectus h. c. D.*

Publice h. VIII. *Antiquitates Biblicas* enarrabit.

Privatim h. IX. quatuor prioribus hebdomadis diebus *curſorias in S. S. lectiones* continuabit; duabus poſterioribus *elementa hebraica* propinabit

h. XI. Diebus Lunae et Martis ſcholas *arabicas*; Mercurii et Jovis *ſyriacas*, Veneris et Saturni *chaldaicas* aperiet.

HER-

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

HERMANNVS IACOBVS LASIVS, *Graecae Literaturae Profeſſor P. O.*, adhuc ſine linimine gravi capitis morbo ac dolore vehementer vexatus, acroaſes inſtanti ſemeſtri aeſtivo habendas certo promittere haud valet. Sed tamen ſiniſtra valetudine, ut orat optatque, liberatus, haud deerit, ſui muneris memor, *Literaturae Graecae atque Romanae* amantium deſiderio et commodis inſervire, idque ſchedula ſingulari notum eſt facturus.

D. IACOBVS FRIDERICVS ROENNBERG, *Sereniſſimo Duci Regnanti a conſiliis aulicis*, *nec non Moral. Prof. Publ. Ord.*

Publice:

Hor. VII—VIII. Principia *Philoſophiae moral.* DARIESIANA enucleabit.

Privatim autem:

Hor. VIII—IX. *Hiſtoriam Imperii Rom. German.* praeluceſcente PÜTTERO *in ſeinem kurzen Begrif der deutſchen Reichsgeſchichte*, edit. noviſſ. pertractabit.

Hor. IX—X. *Ius publicum territoriale Statuum Imperii Germ.* duce SCHNAVBERTO *in ſeinen Anfangsgründen des Staatsrechts der geſammten Reichslande*, docebit, et ſimul principia haec per ſtatum publicum Megapolitan. illuſtrabit.

Hor. II—III. poſt meridiem, Collegium *Novellarum publicar.* cum animadverſionibus Statiſticis nec non Iuri Publ. et Gent. inſervientibus continuabit; et denique

Hor. III—IV. *artem rhetoricam* et *theoretice* et *practice*, praeeunte BATTEVX, explanabit.

M. SAMVEL SIMON WITTE, *Seren. Duci regn. a Conſiliis aulicis ac Iuris Naturae et Gentium Prof. Publ. Ord.*, per inſtantem aeſtatem 1) *Logicam* praeeunte ill. FEDERO tradet, 2) eodem duce *Metaphyſicam* exponet, 3) *Ius naturale* e libello HOEPFNERIANO interpretabitur, 4) *Aeſtheticam* e breviario EVERHARDIANO docebit, ac denique conſilia ſua *de ſtudiis academicis rite inſtituendis* e ſchedis ſuis proponet. Horas hiſce recitationibus deſtinatas e valvis publicis indicabit.

G. SCHADELOOCK, *Philoſ. Doct. et Prof. P. O.* hoc ſemeſtri aeſtivo tradet horis tempeſtive e tabula publica indicandis,

1) *Logicam* et *Metaphyſicam* e compendio FEDERI vernacula lingua conſcripto;
2) *Matheſin puram* praeeunte aut SEGNERO aut KAESTNERO, prout auditoribus commodum eſſe judicabit;
3) explicabit praecepta *Perſpectivae*, ac denique
4) et in delineando varias *aedificiorum deſcriptiones*, et in exercitio *ſtili bene latini* cupientibus operam navabit.

P. I. HECKER, *Matheſ. P. P. O.* 1) *publice calculi literalis* et *algebrae* praecepta tradet, eaque exemplis uberius illuſtrabit; *privatim* 2) cel. KAESTNERI elementa *arithmeticae*, *geometriae* et *trigonometriae* explicabit; 3) *phyſicam theoreticam* et *experimentalem* docebit, filum compendii b. ERXLEBEN, a cel. LICHTENBERGIO nuperrime editi, ſecuturus. Ceterum praelectiones in *analyſin* et in *matheſin adplicatam* continuabit.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 5 of 8

M. FRANCISCVS CHRISTIANVS LAVRENTIVS KARSTEN, *Oec. P. P. O.*, peractis hiemalibus feliciter laboribus per inſtans aeſtivum ſemeſtre b. c. D.

1. *Matheſeos*, tum *purae*, tum
2. *adplicatae* elementa more ſolito ad ductum compendii b. fratris: *Auszug aus den Anfangsgründen und dem Lehrbegriff der geſammten Mathematik*;
3. *Agriculturae theoriam*, ad theſes a ſe ſuppeditandas;
4. *Botanices fundamenta*, ad technologiam et negotia inprimis rei ruſticae adplicata, cupientibus explicabit. Horas ſuo tempore e tabulis indicabit publicis.

GER. PHIL. HENR. NORRMANN, *Ph. D.*, *Ser. Duci regn. Megap. a Conſiliis Aulae*, *Hiſtor. cet. P. P. O.*, *publice* hiſtoriam migrationis gentium diebus Martis et Veneris hora VIII—IX. tradet. *Privatim* vero 1) hora IX—X. praecipuorum Europae regnorum et rerumpublicarum hiſtoriam particularem ex breviario b. ACHENWALL *Geſchichte der heutigen vornehmſten Europäiſchen Staaten im Grundriſſe*; 2) hora XI—XII. eorundem ſtatum ut nunc eſt politicum (*Statiſtik*), in auxilium vocato compendio b. ACHENWALL *Staatsverfaſſung der heutigen vornehmſten Europäiſchen Reiche und Völker*, exponet. *Privatiſſimam* quoque operam ſuam offert, ſi qui in explicanda Technologia, ſecundum compendium ill. BECKMANN *Anleitung zur Technologie*, *oder zur Kenntniß der Fabriken und Manufacturen*, *vornemlich derer*, *die mit der Landwirthſchaft*, *Policey und Cameralwiſſenſchaft in nächſter Verbindung ſtehen*, ea uti voluerint.

* * * * * * *

DOCTORES PRIVATI.

IVRISCONSVLTI.

IOAN. FRID. THEOD. BVRCHARD, *D. ac reg. ſociet. teuton. götting. ſodal. extran.* docebit,

VIIII. hora matutina, *inſtitutiones* duce HOEPFNERO;

III. — poſt meridiem, *hiſtoriam patriam*, ſecundum propria dictata, aut compendium ſuum, prelo, niſi typographus moras nectit, ſubiiciendum.

V. — *hiſtoriam imperii R. G.* ex illuſtr PÜTTERI libello.

Initium harum praelectionum publicis in tabulis indicabit.

D. I. G. CRVMBIEGEL,

Hora VII—VIII. *Hiſtoriam Iuris Romani ac Canonici* ſecundum a SELCHOW;

— VIII—IX. *Inſtitutiones Iuris Civilis* ſecundum HEINECCII Elementa ab HÖPFNERO edita;

— IX—X. et XI—XII. *Pandectas* ſecundum BOEHMERVM,

docebit, nec praelectiones harum ſcientiarum privatiſſimas deſiderantibus deerit.

D.

D. IO. CHR. KOPPE, *privatim* docebit *Antiquitatem Romanam* inprimis juris Romani, *Hiſtoriam juris Romani*, nec non *Encyclopaediam et Methodologiam juridicam* duce HAVBOLD, GÜNTHER et SCHOTT, *privatiſſime* vero *Hiſtoriam juris litterariam* ex poſitionibus ſuis, inpoſterum prelo ſubjiciendis, enarrabit. Quibus diebus et horis has praelectiones ſit traditurus ſuo indicabit tempore.

V. I. BESELIN, *I. V. D.*, *examinatorium* in *Pandectas* duce HELLFELDIO, deſiderantibus offert, horam, quantum fieri poteſt, ex arbitrio auditorum determinaturus.

F. G. I. BVRCHARD, jun., *I. V. D.*, inſtanti ſemeſtri aeſtivo,
hora VII—VIII. *hiſtoriam univerſalem* tradet,
hora VIII—IX. *theoriam proceſſus* enucleabit,
hora XI—XII. in *Ius Germanicum* duce de SELCHOW commentabitur,
nec iis deerit, qui *lectiones digeſtorum* tum *repetitorias* tum *examinatorias* frequentare cupiunt.

ANDREAS BERNHARD CARL WIESE, *I. V. D.*, hora VIII—IX. *jurisprudentiam romano germanicam forenſem* ad STRVVII libellum tradet, et hora XI—XII. *inſtitutiones juris civilis*, ex compendio WALDECKII expendet. Hora II—III. *jus mercatorium*, praeeunte DE MARTENS *Grundſätze des Europäiſchen Handelsrechts*, diebus Lunae et Jovis docebit.

FRANC. HENR. HVELSENBECK, *I. V. C.* per inſtans ſemeſtre aeſtivum proponet:
Hora XI—XII. *Inſtitutiones* ſecundum HEINECC. ex edit. HOEPFN.
Nec iis, privatiſſimas lectiones cupientibus deerit.

MEDICVS.

ADOLPHVS FRIDERICVS NOLDE, *Med. ac Chir. D.*

1. *Inſtitutiones medicinae popularis* omnibus, qui rectam valetudinem ſervare cupiunt, maxime vero rerum divinarum cultoribus et jureconſultis ſueto ordine hora XI. matutina tradendas offert.
2. *Politiam medicam et medicinam forenſem* ad ductum compendii METZGERIANI (*Handbuch der Staatsarzeneykunde*, *Züllichau* 1787.) hora II. p. m. interpretabitur.
3. *Artem obſtetriciam*, elementa celeb. ROEDERERI cura ill. WRISBERGII aucta et recuſa explicaturus, hora III. p. m. docebit.

PHILOSOPHI.

M. GEORGIVS LVDOVICVS OTTO PLAGEMANN, *Lycei Roſtochienſis Rector*, proxima aeſtate, iis, quibus graeca et latina, pro ſeculi noſtri genio, nondum omnino diſplicuerint, *auctorem* quemdam *graecum* ſive *latinum*, horis, honorariſſimis auditoribus et ſibi non incommodis, interpretabitur. Quodſi vero minus arriſerint haec ſtudioſorum votis; in ESCHENBVRGII *Theoriam litterarum elegantiorum* commentari, non dedignabitur; quacum ſubinde praxin quandam rhetoricam, ad excolendam linguam vernaculam, tironibus in primis utilem atque neceſſariam, conjunget. Teſte enim Cicerone, *ſtylus optimus dicendi Magiſter*.

M.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

M. IOACHIMVS HENRICVS LVDEWIG, *L. Angl. L. Publ.*, in communem utilitatem ſtudioſorum qui in rudimentis linguae anglicae jam ſunt verſati proponet *Publice*, e libro idiomate Anglico ſcripto, cui titulus *neues Engliſches Leſebuch von I. M. F. Schultze, Halle* 1789, explicationem partis hujus libri inſcriptae — *Geſchichte des Römiſchen Reichs von den erſten Zeiten des Verfalls bis zur Erbauung von Conſtantinopel nach Gibbon*, nec non ſi temporis ratio permiſerit, explicabit partem dicti libri quae inſcripta eſt *Cooks Leben und Entdeckungs Reiſen nach Kippis*. *Rudimenta* vero *Linguae Anglicae* omni fide et induſtria — *Privatim* — docebit.

M. IOHANNES MARCVS CONSTANTINVS TARNOW, horis ſuo tempore indicandis *Philoſophiam Moralem* docebit, et *quatuor Evangeliſtas habito ad Themata e pericopis invenienda reſpectu* interpretabitur.

C. W. AHLWARDT, *Ampliſſimae Facultatis Philoſophicae conſenſu*, proximo ſemeſtri aeſtivo,
hora IV—V. poſt meridiem *Theocriti Idyllia*, vel aliquas *Graecorum tragoedias* privatim explicabit;
hora V—VI. poſt meridiem, vel alia auditoribus commoda, *Aeſthetices principia* duce cl. ESCHENBVRG privatim tradet.
Inſuper in lingua *Italica*, *Anglica*, *Gallica* et *Hiſpanica* proficere cupientibus operam ſuam dicare continuabit.

C. P. DIEFFENBACH, *Anthropologiam moralem* explicabit h. VI. matutina dd. Merc. et Sat. — *Luciani* Samoſatenſis operum praecipuas partes interpretabitur hora V. veſpertina, quaternis diebus Idem.

In artibus liberalibus proficere cupientibus Magiſtri earum periti ſuam promittunt operam; neque exercitiorum, quibus corpus perficitur, addiſcendorum occaſio deeſt.

P. P.

D. XX. FEBRVAR. CIↃIↃCCLXXXX.